BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315
Seite 82r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et surgent principes et adorabunt propter
dominum quia fidelis est et sanctum israel qui
elegit te. Hec dicit dominus in
tempore placito exaudiam te et in die
salutis auxiliatus sum tui. Et se
nam te et dedi te in fedus populi ut su
scitares terram et possideres hereditates dissi
patas et dices his qui vincti sunt
exite et his qui in tenebris versa
mini. Super uias pascentur et in
omnibus planis pascua eorum. Non
esurient neque sitient et non percutiet
eos estus et sol quia miserator eorum
regit eos et ad fontes aquarum potabit
eos. Et ponam omnes montes
meos in iter et semite mee exal
tabuntur. Ecce isti de longe uenient
et ecce isti ab aquilone et mari et
isti de terra australi. Laudate celi et
exulta terra erumpite montes laudem
quia consolatus est dominus
populum suum et pauperum suorum miserebitur.
Et dixit sion. Dereliquit
me dominus et dominus oblitus est
mei. Numquid obliuisci potest mulier
infantem suum ut non misereatur
filio uteri sui. Et si illa obliuisca
tur ego tui non obliuiscar tui. Ec
ce in manibus meis descripsi te. Mu
ri tui coram oculis meis semper. Festi
nant structores tui destruentes te
et dissipantes te exibunt. Leua
in circuitu oculos tuos et uide. Omnes
isti congregati sunt uenerunt tibi. Viuo
ego dicit dominus quia omnibus
istis uelut ornamento uestieris.
Et circumdabis tibi eos sicut sponsa
quia deserta tua et solitudines
tue et terra ruine tue nunc angusta
erunt prae habitatoribus et longe fuga
bitur qui absorbebant te. Adhuc
dicent in auribus tuis filii sterilitatis
tue. Angustus est mihi locus fac
spatium michi ut habitem. Et dices
in corde tuo. Quis genuit mihi istos.
Ego sterilis et non pariens transmigra
ta et captiua et istos quis enutri
uit. Ego derelicta sola et isti ubi fuerant.
Hec dicit dominus. Ecce
leuo ad gentes manum meam et ad
populos exaltabo signum meum. Et af
ferent filios tuos in ulnis et filias
tuas in humeris portabunt. Et erunt
reges nutricii tui et regine nutrices
tue. Vultu in terra demisso adora
bunt te et pulueem pedum tuorum li
gent et scies quia ego dominus. Fi
dentes non confundentur qui expectant
eum. Numquid tollentur a forti pre
da aut quod captiuum fuerit a robusto
saluum esse potest. Quia hec dicit do
minus. Etenim captiuitas a forti tollet
et quod ablatum fuerit a robusto salua
bitur. Eos qui te iudicauerunt te
ego iudicabo et filios tuos ego sal
uabo et abuabo hostes tuos carnibus
suis et sicut musto sanguine suo in
ebriabuntur et scient omnis caro quia
ego dominus saluans te et redem
tor tuus fortis Iacob. Capit. V.
Et dixit dominus. Nu
ll est hic liber repudii ma
tris uestre quo dimisi eam.
Aut quis est creditor meus cui uen
didi uos. Ecce in iniquitatibus uestris
uenditi estis et in sceleribus uestris di
misi matrem uestram. Quia ueni et
non erat uir. Vocaui et non erat qui
audiret. Numquid abbreuiata est
manus mea ut
non possim redimere aut non est
in me virtus ad liberandum. Ecce
in increpatione mea desiccabo mare. Ponam flumina in siccum